Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8285
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



a 162 b

Quid dicendum de ministro confirmationis

Minister huius sacramenti confirmationis est episcopus solus, cuius ratio assignatur a doctoribus hoc modo. Ecclesia est in politia corporali bene ordinata, ita quod non debet esse in politia spirituali, sed sicut est in politia corporali bene ordinata. Et quia monet aliquos ad statum et gradum extollere supra alios, sicut fare militem pertinet ad aliquem licet aliquem armare, sicut ad principem, sic confirmare fidelem pertinet ad episcopum solum, qui licet aliquem armare possit, non tamen aliquem episcopum possit confirmare.

Sed utrum in casu mortis aliquis episcopus possit confirmare

Sed utrum in casu mortis aliquis episcopus possit confirmare? Sic doctores subtiles inuicem contrariantur. Dicit enim aliquis doctor, quod ipse cuiuscumque viro fideli qui ministrat sacramentum confirmationis et assignat illum locum, ille qui tenet locum Xpi in terris habet et plenitudinem potestatem in ecclesia, potest dispensare in sacramentis in omnibus illis quae fuerunt instituta a Xpo, sed non licet in ista causa nouae testamenti, quia Xpus instituit sacramentum confirmationis dari a solis episcopis, ergo ipse qui habet plenitudinem potestatis in ecclesia ac tenet locum Xpi in terris potest ordinare, quod sacramentum confirmationis ab aliquo alio quam episcopo efferatur. Alii autem doctores dicunt hoc esse. Dicunt enim quod ipse non possit committere alicui nisi sit episcopus, quod conferat sacramentum confirmationis, assignant illam tam quia in illis quae sunt de substantia non potest aliquid ex parte mutari, sed in ministro in substantia est minister sacramenti confirmationis, et ideo non potest fieri quod aliquis aliquem quam episcopum constituat stad sacramentum, maior ecclesiae potest, maiorem autem Xpi sic probat. Quia sicut de substantia illius sacramenti est, quod materia sit sanctificata, nec aliquis possit hoc mutare, ita de substantia sacramenti est, quod ipse minister sit sanctificatus, quae sanctificatio sit in episcopali consecratione. Quare solus episcopus de substantia sacramenti est minister huius sacramenti. Alii autem dicto textu tenent omnino dicunt et dicunt quod ipse non potest committere auctoritatem cuiuscumque fideli nisi ut conferat sacramentum confirmationis. Sed omni sacerdoti potest committere. Secundo primo dicti assignant, quod nullus potest committere potestatem super corpus Xpi mysticum, quod ad dispensandum sacramentum, nisi habeat potestatem super corpus Xpi mysticum. Ergo in dispensando sacramentum confirmationis habet plenitudinem potestatis super corpus Xpi mysticum. Quare soli sacerdoti potest committi, quod sit minister sacramenti confirmationis. Secundo dicti assignant quod quod dictum in quo legitur quod Christus ipse commisit quibusdam sacerdotibus Angliae quod confirmarent baptizatos in fronte cum chrismate, sed in tali casu conferat sacramentum omnibus omnibus. Quare patet quod sacerdotibus potest committi ipse quod conferat huiusmodi sacramentum. Et istud colimus salvo melioris iudicio reputo me verum